



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Io. Baptistæ Portæ Neapolitani Magiæ Naturalis Libri
Viginti**

Della Porta, Giambattista

Frankfurt, 1607

Alarum tædia quomodo emendare possimus. Cap. XXVIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70772](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70772)

zibethi addere poterimus, quum cubitum pergitus, mane vero fontana aqua proluemus, & feces nucum olei bene expressarum, vel amygdalarum pro sapone habemus. Alij hoc linimento contenti sunt. Ex limonum seminibus tremor exprimatur, scilicet e duabus vincijs, olei tartari vna rātundem olei amygdalarum, remiscentur omnia. Seru quum dormitum pergitus, fontana aqua manus abluatur, resiccentur, & hoc linimento perungantur, & chirothecis tegantur. Accipito &

aliud.

Ossium boum medullas per hebdomadā frigida aqua macerabis, sed quater, aut quinques in die mutabis aquam, & pro singulis medullarum libris accipito sex mala appia, quae per medium findito, & semina ejcito, inde marmorea pila tenuissime conterito, & noua pila indito, ut suauius oleat. addito aliquantulū garyophylorum, cinnamomi, & spicę nardi, & aqua rosačea ebulliant, ubi optime liquida erunt omnia, exime, & per colum traiecto, & iterum acre lixiuum addito. & lento igne ebullire finito, quoad tota aqua absorbeatur: inde vitro vase ad usum recondito, vel in ossas efformato. Sequens valet

ad idem.

In limone foramen excavato, atque indito saccharum candidū, & butyrum, & operculo indito, cannabina stu-pa reuolutio madefacta, & sub calidis cineribus incoqui finito, & coctum remollescat, quum cubitum pergis, perline manus, ac chirothecis conde.

Alarum tedia quomodo emendare possimus.

CAP. XXVIII.

NON parum odibiles mulieres reddit alarum fœ-tor, præsertim pinguium, & carnosarum: ad illum abolendum eiusmodi experimentis vi poterimus. Antiquitus aduersus alarum tedia liquido alumine cum myrrha illinebantur, vel arantium foliorum myrti satina inspergebantur foemina, & alæ. Carduorum radix illita graueolentiam non solum alarum, sed totius

B b 5

corporis quoq; emendabat. Xenocrates promittit experimento, vitium ex alis per vrinam effluere, emedulare radicis vncia in vini falerni heminis tribus decocta ad terrias, & à balneo ieiuno, vel post cibum cyathis singulis pota: Nos vero tali contenti sumus. Alumen aqua dissoluimus, ac eo alas & pedes perlirimus, ac si cescant curamus, sic plusculis diebus graueolentiam eorum locorum emendabimus. Sed id valentius operabitur. Lithargyrum aureum, vel argenteum contento, & aceto ebullito, quo si ea loca perfribabis, & adfricabis, curabis, diutius eas partes à foetore immunes seruabis nec hoc præstantius ad inuenieris remedium.

Quomodo naturæ ostium ex partu relaxatum coarctetur. CAP. XXIX.

TRADIT Trotula, de restriktione amplitudinis vuluae propter honestam causam licet tractare, quum per hanc impediatur aliquando conceptio, vnde necesse est tali impedimento subuenire. Ex partu enim amplio hiatu aliquibus hiscere solet, & si id viro suo displicuerit, ne ipsam abhorreat, ita resarcit idem. Sanguinis draconis, boli armeni, corticis mali granati, albuminis, mastichis, gallarū & que vnciam vnam in puluerem redige, & omnia cum aqua calida conficiantur, de hac confectione pone in foramen transiens in matricem. Vel gallarum, sumachi, plantaginis, consolidæ maioris, aluminis, chameleæ accipe partes equas, easq; decoque in aqua pluiali, & foveantur pudenda. Vel omphacides gallas terito subtilissime, quibus garyophyllorum pulueris parum admisceatur: vino rubro austero ebulliant, quo pannus madeat, & loco applicetur. Vel sic popularium, & meretricum restringes, & coarctabis, Gallis, gummi, albumine, draconis sanguine, acacia, plantagine, hipocistide, balaustijs, lentisco, cupressi nucibus, vuarum acinis, glandium calycibus, vel cauo illo, quo glans prorumpit, & dehincens nucleum ostendit, mastiche, & lemnia terra, si hæc omnia rubro vino, vel acero decocta sint, & sepe madeat vulua, coarctatur, & supprimitur valde, vel hæc in puluerem redacta, in gro per